

declaracionem inferius insertam, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Andrea Gorlitz, Nicolao Vderitz sacre theologie doctoribus, Jacobo Koler et Georgio Weßnigk arcium liberalium magistris Mißnensis et Merßeburgensis diocesum testibus ad premissa vocatis specialiter rogatis et requisitis.

5 Tenor vero sententie declaratorie — sequitur hujusmodi sub tenore: Ad eorum qui vel in presenti aut in futurum religiosis dominabus abbatisse priorisse et conventui monasterii sanctimonialium beati Georgii prope et extra muros opidi Lipczensis Merßeburgensis diocesis super diversitate ordinum sancti Benedicti et Cisterciensium obloqui voluerint emulorum et jus ignorancium ora obstruenda utque dicte moniales in earum  
10 conscienciis super diversitate hujusmodi cerciores reddantur, visis per nos diversis monasterii prefati tam fundacionis quam aliis privilegiis nec non deposicionibus prefatarum abbatisse priorisse singularumque personarum conventus ejusdem sufficienter pensatis vocatisque vocandis, de juris peritorum consilio et assensu juxta vim formam et tenorem apostolice commissionis nobis desuper facte pro tribunali sedentes et solum  
15 deum pre oculis habentes per hanc nostram sentenciam et declaracionem, quam dei nomine ferimus in hiis scriptis, pronuntiamus decernimus et declaramus, \*eas<sup>t</sup>) non obstante privilegio felicis recordacionis domini Grégorii pape decimi, in quo moniales per errorem ut presumitur ipsum expedientis ordinis Cisterciensium fore expressantur, dicto ordini Cisterciensium pretextu privilegii predicti in nullo penitus astrictas fuisse aut esse  
20 obligatas, sed sub ordine et regula sancti Benedicti, quem et quam professe sunt, nunc et inantea perpetuis futuris temporibus licite remanere et in illis degere nec ab alio quam earundem ordinario prout hactenus observatum est visitari aut reformari debere alio canonico non obsistente. Ita pronuntiavi et declaravi ego Johannes Falkenhayn prepositus qui supra.

25 Et ego Reymbertus Reymberti — publicus sacra imperiali auctoritate notarius — hoc presens publicum registrum in viginti papiri foliis manu propria conscriptum processum hujusmodi et ejus ordinem in se continens exinde confeci — signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis una cum sigilli prefati domini prepositi judicis et executoris appensione consignavi in  
30 fidem et testimonium omnium — rogatus et requisitus.

Signum notarii.

## 67.

[Leipzig], 1481 Oct. 28.

Hdschr.: Abschr. Hauptstaatsarchiv Dresden Loc. 8942 Registrum copiarum omnium jurium etc. monasterii s. Thomae in Lipczk fol. 69b.

Ann.: Vergl. die Urk. des Thomasklosters von demselben Tage Cod. dipl. Sax. reg. II. 9,318.

*Katherina Wolkewiczen Aebtissin, Eua von der Heida Priorin und die ganze Sammlung des Jungfrauenklosters S. Georgen Ordens S. Benedicts vor Leipzig bekennen,*

66. t) quod.

COD. DIPL. SAX. II. 10.